



Universitätsbibliothek Paderborn

Thesavrvs Casvum Conscientiæ

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisque Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Decisiones Casvum Conscientiæ Ex Doctrina Consiliorvm Martini Ab Azpilcveta Doctoris Nauarri collectæ, & iuxta librorum iuris Canonici dispositionem in suos Titulos distributæ

Sayer, Gregory

Venetiis, 1627

7 Irregularitatem non incurrit qui probabiliter se excommunicatum ignorans celebrat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13903

tionem & censuram excommunicationis duabus de causis incurris, & dispensationem super irregularitate incurfa, ex celebratione contra excommunicationem duabus de causis incurfas; Quamuis absolutio ab illis duabus excommunicationibus ob illas duas rationes incurfis, & dispensatio similiter super irregularitate incurfa ex celebratione contra excommunicationem duabus illis de causis incurfam, validæ sint, non tamen extenduntur absolutiones illæ, vel dispensationes ad alias duas excommunicationes, & irregularitates alijs de causis incurfas; cap. ex parte. de ordin. & c. cum pro causa. de sent. excom. Et proinde noua opus est absolutione ab alijs excommunicationibus, & dispensatione aliarum irregularitatum, & noua retentione beneficij in statu irregularitatis quæfiti; cum voluntas Papæ aliquem habilem ad retinendum beneficium facere volentis, non obitante vna irregularitate sibi expressa, ad retentionem eiusdem, non obstante alia irregularitate, quam nec ipse nouit, quæque ipsi non exprimitur, non videatur extendi.

DECISIO II.

Ex cons. 2. alias 14.

2 **E**xcommunicatus celebrans, & ob id in irregularitatem incidens, fructus, & distributiones beneficij ante obtentum perdit non ratione irregularitatis, vt sentit Innoc. in cap. cum nobis. de concess. præb. sed ratione excommunicationis: cap. Pastoralis. de appellat. vnde qui solus irregularis est, nec fructus propter irregularitatem, nec distributiones beneficij iuste habiti ante irregularitatem incurfam perdit.

DECISIO III.

Ex cons. 3. alias 13.

3 **A**bsens, & ignorans, quamuis excommunicari possit, celebrando tamen nec peccat nec irregularis efficitur: ex Glof. in c. Apostolica. de cler. exc. min. dummodo ignorantia sit probabilis; cum irregularitas sine contemptu non incurritur. ex Pan. in cap. Pastoralis. §. verum. de appella. collatio tamen beneficij facta tali excommunicato etiam ignorantis, nulla & irrita est. vt ait Glof. in d. cap. Apostolica. & Nau. in Mao. cap. 27. num. 271.

DECISIO IV.

Ex cons. 4. alias 8.

4 **A**ssumens presbyteratum ante legitimam ætatem, ipso iure suspensus est; vt patet per Extrau. Pij 11. Cum ex factore. n. & si post illum assumptum ordine sacro utatur, irregularis efficitur; & proinde eum ordinatus presbyterio simul cū episcopo cōsecret, & ordine presbyteratus utitur postquam illum assumpsit, eo ipso quod quis ante legitimam ætatem presbyter ordinatur, irregularis efficitur. ita Nau. in Man. c. 25. nu. 70.

DECISIO V.

Ex consil. 5. alias 10.

5 **S**uspensus, interdictus, vel excommunicatus collectam in choro vt hebdomadarius dicens irregularis efficitur; ex Innoc. in cap. si. de excess. præl. cum actum certo ordini deputatum solenniter exerceat. ex Nau. in Man. ca. 27. nu. 247.

DECISIO VI.

Ex cons. 1. in Nouis, deest in antiq.

6 **E**xcommunicatus, quamuis simpliciter sacrum audiendo irregularis non fit, si tamen celebrat, aut coram se auctorizando puta si Episcopus, aut Parochialis Ecclesiæ pastor, celebrari coram se faciat, irregularis efficitur, c. Illud. de cler. excom. ministr. & Glo. in Clem. Archiepiscopo. ver. celebrari, de priuil.

DECISIO VII.

Ex cons. 2. in Nouis, deest in antiq.

7 **I**rregularitatem effugit excommunicatus, qui probabiliter ignorans se talem celebrat; fecus si ignorantia non sit probabilis, & multo minus si sit affectata, cap. Illud. de cler. excomm. ministr. & Nau. in Man. ca. 23. nu. 45.

DECISIO VIII.

Ex cons. 3. in Nouis, deest in antiquis.

8 **E**xcommunicatus Clericus excommunicatione maiore, sciens, aut scire debens se talem, etsi accipiendo ordine irregularitatem incurrat; fecus tamen si Sacramentum Eucharistiæ de manu alterius Clerici accipiat, cum hoc nullibi, sicut illud, in iure expressum sit; & irregularitas non nisi in casibus a iure expressis incurritur. cap. is, qui. de sent. excom. in 6.

DECISIO IX.

Ex cons. 6. in Nouis, deest in antiquis.

9 **I**llegitimus sine dispensatione, & cum falsis dimissorijs promotus, & postea a Papa a dictis excessibus, & infamia absolutus, cum suspensione ad certum tempus, eo transacto, sine alia dispensatione celebrare potest.

DECISIO X.

Ex cons. 18. in Nouis, deest in antiquis.

10 **Q**uamuis excommunicatio ob simoniam in beneficio incurfa Papæ reservata sit, vt habetur per Extra. 2. de simo eo ipso tamen quod, & per Conc. Tri. sess. 24. de ref. ca. 6. Episcopus ab omnibus casibus etiam Papæ reservatis facultatem absolventi habeat, nec vllus talis sit, qui excommunicationem annexam non habet, ex Nau. in Man. cap. 27. num. 261. vtiq; ex eisdem Conc. facultate, episcopus ab excommunicatione simoniacum in beneficio absoluit, & super irregularitate ob celebrationem factam post simoniam commissam incurfa, (cūmodo simonia oculata sit) dispensare valet; quandoquidem qui totum dicit, nihil excludit. cap. Solita. de Maior. & obed.

TITVLVS XVII.

De Clerico non ordinato ministrante.

SUMMARIVM.

- 1 Irregularis non assistens Diacono baptizanti aliter, quam auctorizando.
- 2 Irregularitas occulta est ex actu publico, super qua dispensat Episcopus, si videntes ignorem eum esse delictum.
- 3 Excommunicatus in vna diocesi, & celebrans in alia, vbi nescitur, est irregularis.
- 4 Irregularis fit, qui utitur ordine sacro, quem non habet, nec potest ascendere.

DECISIO I.

Ex cons. 1. alias 4.

1 **P**arochus dans licentiam Diacono baptizandi solenniter, & eidem assistens sola causa corrigendi eum, si erraret, irregularitatem non incurrit, quamuis Diaconus ipse irregularis sit; cap. 1. de cle. non ordin. min. cum nemo illum incluserit nisi in casibus a iure expressis; c. is qui. de senten. excom. in 6. fecus si auctorizando, aut mandando assisteret. sic enim & Parochus irregularis redderetur. Cle. Archiepiscopo de priuile. & ibi glo. verb. celebrari, patocho autem accusato, & dicenti se solum causa corrigendi, & non auctorizanti assistisse, in dubio credi debet, saltem si id iureiurando affirmet: Quia in his, quæ ex animo alicuius pendunt, ei saltem iuranti credendum est; cap. significasti. de homicid. & actus, qui delictum, aut non delictum commode interpretari potest, interpretari debet non esse delictum. cap. 2. de reg. iur.

DECISIO II.

Ex cons. 2. in vtrisque.

2 **D**iaconus solenniter publice coram multis baptizans, & proinde irregularitatem incurrens, cap. 1. de cler. non ord. ministr. cum id presbyteri munus sit, ab Episcopo dispensat.